

Advertencias para

ut manifestum est ex concessione Pij. 5. ad ins-
tantiam Regis Philippi. 2. facta, & impetrata.
Ait enim Pontifex Ordinariorum loco-
rum, & aliorum quorundamque licentia mi-
nime requisita, libere & licet valem scili-
cer, predicare, ac confessiones audire de suo-
rum Superiorum licentia, in eorum Capi-
tulis Provincialibus obtenta. Et Pater Ma-
gister à Veracruce in suo Compendio Indi-
eo, verb. Presentatio confessorum ait. Et
quidem quo ad confessores Indorum in No-
vo Orbe nulla est requisita presentatio [eti-
am semel] quia sic concessit Pius. 5. ut sine
assensu Episcoporum in suo Diffinitorio Pro-
vincialis elegant confessores.

¶ Sed dubium est, utrum confessarij re-
gulares possint modo in foro conscientie frui
presentatione & approbatione semel obtentas.
Noster Emanuel. To. 1. qq. Regu. q. 59. art. 7.
respondet dicendo, quod hoc dubium mouetur
propter quoddam Viue vacis Oraculum Pij.
5. renalidantis omnia priuilegia concessa Mi-
noribus in foro conscientie, etiam si sint con-
tra Concilium Tridentinum. Vnde cum Re-
gulares semel presentati examinati & appro-
bati ab uno Episcopo, non possint ab eius
suc-